

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Censuris, & primò de Excommunicatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

tio maior, Papæ reseruata: & similiter suspensio ab Ordine, si simoniacè sit ordinatus. Agunt præterea de simonia *Filius. tom. 3. tract. 45. Tolet. lib. 5. cap. 84.*

DE CENSVRIS, ET primò de Excommunicatione.

¹ **C**ensura est pœna Ecclesiastica spiritualis, priuans hominem his, vel illis bonis spiritualibus Ecclesiaz. Est autem triplex: Excommunicatione, Suspensio, & Interdictum.

² Excommunicatio est censura Ecclesiastica, priuans hominem baptizatū bonis communibus Ecclesiaz: omnibus, si sit excommunicatio maior: vel aliquibus, si sit excommunicatio minor.

³ Minor excommunicatio priuat solum participatione passiva Sacramentorum, & electione passiva ad beneficiū: & incurritur solum per participationem, seu communicationem prohibitam, & deliberatam cū excommunicato excommunicatione maiori: non quidem quocumque, sed qui fuerit publicè denunciatus, ut talis: vel fuerit publicus per-

O 2 cussor

cusso^r Clerici , ita ut nulla tergiuera-
tione cælari poslit : etiam si talis com-
municatio fuerit solum peccatum re-
niale.

4 Ex hoc sequitur, nunc excommu-
nicatos excommunicatione maiori, esse
duplicis generis : alij enim dicuntur
non tolerati ab Ecclesia , & conseq-
uerit vitandi , & sunt duplicis classis piz-
dictæ: alij dicuntur tolerati, & sunt omno-
alij, quomodocumque excommunica-
ti, siue publici, siue priuati : cum quibus
licet communicare ex parte nostri licet
iphi se gerere debeant tamquam excom-
municatos.

5 Excōmunicatio maior priuat om-
nibus bonis communibus Ecclesiæ
participatione actiua , & passiua Sacra-
mentorum , participatione communi-
suffragiorum, communicatione in diui-
nis Officijs , & sepultura Ecclesiastica
electione ad beneficia, iurisdictione Ec-
clesiastica in foro exteriori , communi-
catione forensi , & simili conuictu,
continetur eo carmine.

Os, orare, vale, communio, mensa, n-
gatur.

6 Qua-

6 Quæ Verba benè explicat *Filiu*.
tom. I. tr. 13. c. 5. Excommunicatio ma-
ior non contrahitur, nisi per peccatum
mortale cum contumacia in Ecclesiā.
Est autem hæc contumacia, cùm quis
sciens aliquam rem esse prohibitam ab
Ecclesia sub excommunicatione, nihil
ominus illam committit. Vnde ignoran-
tia excommunicationis excusat in foro
conscientiæ à contractione illius.

7 Excommunicatio est etiam duplex:
alii à iure, alii ab homine: illa contine-
tur in iure, hæc sit per sententiam iudi-
cis, aut præceptum Superioris: ad illam
non requiritur monitio, nam ius est lo-
comonitionis; ad hanc requiritur. Item
alia est latæ sententiæ, alia ferendæ, quæ
dicitur comminatoria: illa incurritur
ipso facto, hæc non item, sed, supposito
delicto, debet per Superiorē infligi.
Non potest autem infligi propter pec-
catum merè præteritum, nisi fuerit pro-
hibitum sub pœna excommunicationis
ferendæ.

8 In aliquo casu necessitatis, siue
temporalis, siue spiritualis, & ad corre-
ctionem excommunicati, licet cum illo

O 3 CON-

conuersari , etiamsi non sit toleratus
quod continetur hoc versu.

*Vtile, lex, humile, res ignorata, nu-
cesse.*

*Quæ etiam verba explicat idem Filius.
lo.cit.c.6. Qui communicat cum aliquo
excommunicato vitando , participans
cum illo in crimen , propter quod est
excommunicatus , confirmando illū in
sua contumacia, quod est participare in
crimine criminoso; est similiter excom-
municatus eadem excommunicatione
maiori.*

9 Communicare in diuinis Officijs
publicis cum excommunicato vitando;
regulariter est mortale: in humanis vero
potest esse veniale, nisi adsit contempns,
& scandalum. In quibus vero casibus
incurratur maior excommunicatio;
pertinet ad omnes materias particula-
res , nec possunt ad pauca aliqua capita
reduci:& similiter, quæ nam excommu-
nicationes sint, aut non sint reseruatae;
legite Suarium de excommunicatione.
Et fusissime habentur in libello edito
iussu Archiepiscopi Bononiensis , qui
postea fuit Gregorius XV. cui titulus
est,

est, Memoriale Clericorum: ubi etiam
habetur Catalogus suspensionum: Nos
breuitati consulimus.

io Excommunicatio, si non est re-
seruata, potest à quolibet Confessario
absolui; si verò est reseruata; absolutur
ab habente auctoritatem, siue ordina-
riā, siue delegatā respectuè, aut benefi-
cio Bullæ, aut Iubilei, aut per priuilegiū.

ii Sacerdos excommunicatus, si cele-
brat, sit irregularis, si sit in maiori exco-
municatione, non autem si sit in mino-
ri: tunc enim solum peccat communi-
cando se. Agunt de excommunicatio-
ne Suar. de cens. disp. 8. cum seq. Fillius. lo-
ciscit. Bonac. tom. I. tr. de cens. disp. 2. Tolet.
l. l. à c. 4.

DE SVSPENSIONE.

SVspensio est Ecclesiastica censu-
ra, per quam impeditur Cleri-
cis usus Officij, aut beneficij Eccle-
siastici. Quare duplex est: alia ab officio,
alia à beneficio, vel certè ab utroque.
Differt autem suspensio à depositione,
aut degradatione, quia hæ sunt ex se per-

O 4 p̄tuæ,